



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Constructio reciproca. Res viles alijs tibi sunt reciproca cure, Hęcsuus  
atq[ue] sui quæ Valla recludit acute,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Valla de septimo casu. Diomedes plura differit. li. i. ponit em̄ septimū casum in his orationibus. In Scipione militaris uirtus emicuit. In mōte Caucaſo pœnas luit Prometheus. In statua Cicerōis uictoria cōiuratorū scribit̄. Inculante Cicerone Catilina cōuictus est &c. cōsilio insidiādi feci &c. nullo timore hostiū castra irrupit &c. Priscianus negat oīno septimū casum esse ponēdū. ait em̄ lib. v. Illud q̄q; nō est p̄termittēdū q̄ q̄busdā septimus casus esse uidet̄ ablat̄is quādo sine p̄positione. p̄feri quod satis irrōnabile uidet̄. minime em̄ p̄positio addita uel subtrahita. mutare ualet uim casus. neq; em̄ quā actō casui multe p̄positiōes solēt adiūgi. Alius casus est q̄n̄ habet eas p̄positiones. & alius quādo absq; his. p̄feri. paulopost. Deniq; in cōparationibus absq; p̄positiōe solet p̄ferri ablat̄is. nec tamē dicit q̄sq; septimū eē casum. sed ablat̄iui. Cōcludit itaq; Priscia. tm̄ sex esse casus apud latinos. Nebrissenſis dicit casus esse septē. & ostendit rōnes Prisciani esse inualidas. Certe Dona. in secūda editione casum comparatiui uocat septimū. sed quoniā nulla differētia uocis in uſo nomine distat a sexto. inutile fuerit multa in hanc rem disputare. quia ut Cice. ait. hoc uidiū sūmope uitādū ē. ne nimis magnū studiū i res obscuras difficiles. & minus necessarias conferas. Accepi Petrū magno honore sine p̄positione. nō inepte dicit̄. percussi Petrū baculo. sed nō cū baculo. bñ dicitur. Et hæc pro syntaxi pro doct̄issimorū sentētia. quæ si cuipiā aliq̄n̄ sint. p̄futura. rogo legat dñicā orōnē cū salutatiōe angelica. ut misereat mei piēt̄issimus dñs noster iesus christus. cui laus & benedictiō in sēcula sēculorū Amen.

Grāmaticæ Despauteriane de constructione  
& de arte epistolari. Cap. Nonū.

Constructio reciproca.



Es uiles alijs tibi sunt reciproca cure,  
Hęc suus atq; sui quæ Valla recludit acute,

Alexāder diuidit constructionē. in constructionē transitiuā & intrāsitiuā. Transitua est cuius principales partes significant diuersa. uel uidentur significare diuersa. Exēplū primi. Liber henrici. lego librū. Exēplū secūdi. ut uirtus dei. quoties aliqua dictiō post se regit obliq; quū est trāsitua cōstructiō. Transituarū quædā est transitua actus ut in qua est uerbū. alia est personarū in qua nō est uerbū. Item alia simplex. in qua unica est transitio. ut rogo te. Alia transitua in qua est duplex trāsitio. ueluti rogo te ut dicas mihi. Intransitiua cōstructiō

V

## Ioannis Despauterij Niniuite

est cuius partes spectant ad idē uel uident ad idem pertinere. Exemplū  
 primi, ut homo bonus, quę est personarū, quia sine uerbo. Exemplū  
 secūdi, ut bos est leo, quę actū est, quia cū uerbo. Inter adiectiuū &  
 substantiuū semp est cōstructio intrāsiuua, ut homo albus, pater me-  
 us. Inter relatiuū quoq; & antecedēs, ntm quoq; & uerbū. In cōstrū-  
 a fronte & infinitiuū, sed his omīssis quibus pleriq; inutilissime pue-  
 rorū ingenia debilitāt, sola reciproca cōstructio, sit nobis curę, quam  
 Alexāder intrāsiuua, alij dicūt esse transitiuua. Est autē reciproca cō-  
 structio in qua idē est agēs & patiēs, & qñ ad principale suppositum  
 sit regressio, ut loānes uidet se, pcutit seruū suū, nā reciprocus dicit re-  
 cipiēs, ut amor tui est reciprocus, si redames. Hęc pnoīa sui & suus  
 sunt reciproca, quia semp significāt actum uerbi recipi ab agēte uel  
 patiēte, ut supbus est sui laudator, loānes amat patrē suū, qñ utimur  
 reciproco, p nō reciproco facimus solēcismū, ut ego dicā sibi, p ipsi  
 habeo librū suū pro eius, loānes dedit Petro librū suū, de libro loā-  
 nis intelligit, quia ad principale suppositū debet fieri relatio. loānes  
 dedit petro librū eius, de libri Petri intelligit. Alexāder Hegius non  
 indoctus artis grammaticę, solebat dicere (ut refert discipulus eius  
 Thessalien.) qñ de duobus sumus locuti, tūc pronome reciprocū re-  
 fert primū uel principale suppositū, sed pnomē nō reciprocū refert  
 secūdū, ut loānes diligit petrū & fratē suū, de fratre ioānis intelli-  
 gitur, loānes diligit Petrū & fratrem eius subauditur petri. unde habet  
 Mathei. i. iacob genuit iudā & fratres eius, non dicit suos. Item Mat-  
 thei. ij. Qui surgēs accepit puerū & matrē eius nocte, nō dicit suā, qd  
 de matrē ioseph, non de matrē iesu loqueret euangelista. Itē alibi has-  
 betur, & uocabis nomē ei⁹ iesum, ipse saluū faciet populū suū a pec-  
 catis eorū, si suis dixisset (quod absurdissimum est) de peccatis iesu lo-  
 cutus fuisset euangelista. Quando itaq; actus redit in rem suppositi  
 principalis, seu quādo relatio fit ad suppositū principale, utimur re-  
 latiuo reciproco, ueluti Petrus rogauit me ut uenirē ad se. Terē. iussit  
 hera si se ames ad sese ut uenias. Idem Pamphilus dat fidē uxore  
 fore sibi hanc, nam pater aliā ei desponderat, secūdo loco dixit ei nō  
 sibi, quia intercedēte conūctiōe copulatiua, & si unctiua, causali aut  
 rationali, non habet locū reciprocatio. In scriptura. Misertus est dñs  
 timētibus se. Item. Rogauit iesum quidā pharisęus, ut apud se mane-  
 ret. Item. Quęsiuit dominus petro an se diligeret. Item. Nec auī lupā  
 & catulos eius, nō suos propter copulā intercedentē. Cepi catulos  
 lupę & se, non dices, sed eā uel ipsam. Item. interest eius non sua, nisi  
 manifesta sit reciprocatio Suus, p ppius uix abutimur. Persi. Velle  
 suū cuiq; est. Catu. suus cuiq; innatus est error. Addit interdū huic

pronomini sibi nulla necessitate sed ueluti cuiusdā festiuitatis gratia Teren. Suo sibi hunc gladio iugulo. Cice. Suo sibi uicitant succo. Colu. suo sibi iure abluūt, utimur q̄q̄ frequēter hoc dicēdi mō. Su<sup>o</sup> est illius mos, sua est istius natura, suus est Aristotelis modus. Suum Platonis genus, sua discentis negligentia. Et sui quoq̄ uocatiuus est ut defendite cæsarem o ciues sui, plurimī doctissimorū elegantū de sui & suus non usq̄quaq̄ obseruauerūt, quia, is, ip̄e, ille pro reciprocis interim posuerūt. Omnia docet pulcherrime Valla. Plautus in argumento alinarię. Accurrit uxor ac uirū eius triste agit. Eius dixit, p̄ tuum. Teren. in Ecy. Mater quod suasit sua, p̄ eius dixit, ut notat Donatus. Lancilotus nititur probare sua hic capi pro pp̄ria, uerū malem eius dicere. Virgi. Nāq̄ suā patria antiqua cinis ater habebat, p̄ eius dixit ait Valla, sed Lanci. dicit capi pro pp̄riā. Quicquid est studeamus pro uiribus de sui & suus elegantia seruare, in sacris sæpissime omisam, ut patet legenti in nouū testamētū Vallā, sed ut facile pateat uobis ad hanc rem iter, apponam præcepta Badiana, & Valla decerpta, minime pœnitenda.

## Præcepta Badij de sui &amp; suus ex Valla.

## Præceptum primum.

Non utemur more græcorū indifferenter reciprocis & nō reciprocis. non enim habemus ut illi ea cōmunia siue indifferentia, uerū uigilātius ea distinguemus, in qua re si uel magnos autores dormitali se cōpererimus, non tamen imitabimur, sed nō prius dormitali cēsebimus, q̄ compertū habeamus quo fiat relatio, ne non illi, sed nostra erret censura. Ceterū si quādo cōmuniter per reciproca & nō reciproca p̄ter geminū respectum loqui licet, non continuo id ubiq̄ factūtabimus, sed ubi id fieri permittatur accuratius annotabimus.

## Secundum.

Bona autem censebitur reciprocatio, quādo pronomen reciprocū ad suppositū principale refertur, quod sit quādo loco reciproci poni potest in uero sensu ipsemet, aut ipse idē cum dicto supposito, uerbi gratia in illo Terentiano in Andria. Orare iussit si se amas hera iā ut ad sese uenias, uidere te ait cupere se, principale suppositū hoc est prioris uerbi, est hera, ad quod sit reciprocatio. Nam in uero sensu sic dicere possum si amas se. i. semetipsam herā aut ipsam eādē heram, quod nō sit quādo barbari sic loquūtur, Petrus nescit an Ioannes ueniet, dixit tamen sibi & filio suo, quia principale suppositum est petrus, ad quod neq̄ sibi, neq̄ suo pertinet, quia non licet dicere